



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 12. Dissidia Romæ a Ferdinando vindictæ studio suscitata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

ris sibi factam in hac caufsa potiflimam Sæcul. XV.  
partem haberet. A.C. 1485.

§. XII.

*Diffidia Romæ a Ferdinando vindictæ  
studio fuscitata.*

Ferdinandus, ut Pontificis potentiae se- *Raynald. ad*  
se opponeret, præprimis conjuratos *hunc ann.*  
Proceres antea pessime a se habitos deli- *n. 42.*  
nire studuit, ac propterea Montorii Co-  
mitem, ejusque conjugem e vinculis ere-  
ptos libertati restituit, atque Pontificem  
intestino bello implicare molitus est, ut is  
sedandis Romanorum tumultibus disten-  
tus in exteris arma sua vertere haud pos-  
set; quapropter Rex Ursino Duce in suas par-  
tes pellecto, totus in eo fuit, ut inter Ro-  
manos dissensionum semina spargeret:  
primo igitur infestis armis usque ad ur-  
bis portas excurrit, dein qua promissis,  
qua minis, omnibusque persidiæ artibus  
in opem vocatis, Cardinales populum-  
que ad seditionem in Innocentium Papam  
sollicitat, ac studiose libellos divulgat,  
quibus Pontificis electionem sacris Cano-  
nibus adversam jactitabat, eoquod a Car-  
dinalibus sacra purpura indigne decora-  
tis electus fuisset, denique vero seditio-  
nis ad novi Pontificis inaugurationem su-  
am opem operamque pollicebatur. In-  
nocentius inter tot æcta deprehensus,

Q 5

peri-

**Sæcul. XV.** periculis undique cingebatur, jamque  
A. C. 1485. hostiles copiæ Nomentanum pontem occu-  
 pabant, impositoque milite præsidario  
 circum moenia urbis grassabantur. Ig-  
 tur ad has excursiones tempestive col-  
 bendas die vigesimo octavo Decembri  
 Sanseverinas Pontificium eduxit exerce-  
 tum, hostemque recuperato ponte depo-  
 lit, omnesque captos trucidari jussit.  
 Sparsæ hujus belli faces universam Ital-  
 am accendebant; nam Ferdinandus Rex  
 tum Florentinorum, tum Sfortiæ Duci  
 Mediolaneensis auxilia sibi adsciverat:  
 Pontifex vero non modo Venetos, ve-  
 rum & Genuenses sibi foedere junxit.  
 Cum autem Rex Neapolitanus Lothe-  
 ringiæ Ducem cum exercitu accurret  
 comperisset, mox anxiis curis torquen-  
 coepit, ac concordiæ pactis, quæ eidem  
 Cardinalium nonnulli opportune pro-  
 fuerant, faciliores præbuit aures, eaque  
 quantumvis summo Pontifici sat proficu-  
 lubens acceptavit.

## §. XIII.

*Articuli pacis inter Papam &  
Regem.*

Igitur pax sequentibus articulis sanctis  
 erat: Rex Ferdinandus, qui a Sixto  
 Pontifice censem ad solum equum album  
 reduci obtinuerat, jam in ejus locum  
 octo-